



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

90 Officia pro defunctis, quibus diebus fiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

accusat, ut inquit S. Aug. *relat. in c. quibus peccata, dicta q. 2.* quia orationes, quae in eis fiunt, illis non suffragantur, ubi per 87
85 gloss. unde cum B. Greg. † memorasset corpus cuiusdam Valentini à sepulcro per dæmones fuisse extractum, & extra ecclesiam projectum, subiungit: Ex quo Petre, collige, quia hi quos peccata gravia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant, restat, ut etiam de sua præsumptione iudicentur *in l. 4. Dial. c. 53. ac in sum. ar. post d. c. quibus peccata,* mihi dum in civitate Beneventi agerem fuit relatū (erat enim 88 tunc casus recens.) † quod cū nū quadam ecclesia extra, sed propè dictam civitatem cadaver cuiusdam Prætoris fuisset humatum, nocte sequenti maximus strepitus in eadem ecclesia auditus fuit, unde sacerdotes ibi commorantes à lecto surgere coacti fuerunt, & cum ecclesiam ingressi fuissent, viderunt lapidem sepulcri revolutū, & introsipientes, corpus non invenerunt.

Quapropter animæ defunctorum, quas gravia peccata non deprimunt, sūt expiantur 87
87a. Quod fit † quatuor modis, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus Sanctoꝝ, aut charoꝝ elemosynis, aut jejuniis cognatoꝝ, *c. non estimamus, & c. anima defunctorū, 13, q. 2.* præcipue enim solvitur oblationibus sacerdotū, per Altaris sacrificiū, concil. Trid. *c. 2. de sac. mis. sess. 22. & in decr. de Purg. sess. 25, c. non estimamus, & c. pro obeuntibus, 13, q. 2.*

88 Scimus in præsentī sæculo † sive orationibus, sive consilijs, invicem posse nos coadjuvari, cū autē ante tribunal Christi venimus, non Iob, non Daniel, neque Noë rogare posse pro quoquam, sed unūquemque portare onus suum, tradit S. Hier. *in Epist. ad Galatas c. 6. & ad verba 3*

unusquisque onus suum, & *cap. in præsentī, ead. 13, q. 2.*

Neque † negandum est, defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel elemosynæ in ecclesia fiunt, sed hæc eis profunt, qui cū viverent, ut hæc sibi postea possent prodesse, meruerunt, secus autem illis, qui erant ab ecclesiastica unitate præcisi, quia sacris est canonicis institutum, ut quibus non communicavimus vivi, non communemur defuncti, *cap. Sacris est. de sepult.*

89 Observantur quidem aliqui dies † in officij mortuorum, nam aliqui tertium, alij septimum, alij trigésimum, alij quadragesimum observare consueverunt, ut inquit Sanctus Ambr. *in lib. de obitu Theod. Imp. circ. princ. & supra de nonnullis notavimus.* De quadragesimo testatur scriptura, quæ defuncto, inquit, Iacob præcepit Ioseph pueris suis sepulcorib. ut sepelirent eum, & sepelierunt sepulchros Israël, & repleti sunt ei quadraginta dies. *Gen. cap. 50,* ut etiam de Moysen scriptum est. Quia plauerunt filij Israël Moysen diebus triginta & consummati sunt dies luctus, *Deut. cap. 34.*

91 Sepeliri autem † (si aliud non sit dispositum) debet quilibet in sepulchro suorum majorum, *Genes. c. 49, c. unaquæque, & item Ioseph. 3, q. 2, & c. 1, de sepult.* licitum tamen est unicuique volenti, aliam sibi eligere sepulturam, *ut eod. S. item Ioseph. 7. exemplo igitur & c. cum liberam, ext. de sepult.* quia † ultima voluntas defuncti pro lege servanda est. *ut in aut. de nap. S. disson. coll. 4, & c. ult. volunt. ead. 13, q. 2* In elect. autē sepult. debet etiā voluntas omnino libera esse, adeo quod † uni-